



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Vitvs Martyr. 15. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

oculis animisque caligine, torpentibus duem se obtulit, eoquæ deduxit, unde si jure in eos ager libuisset, pedem nunquam erant relaturi. Hoc is robur animi pallio Eliæ imputabis. recte: sed ut times, qui in baptismo IESVM Christum induisti.

*Ex 4. Regum.*

*Sit in gestu tuo gravitas, in incessu honestas: nihil dedecoris, nihil lascivie, nihil petulantia, nihil insolentia, nihil levitatis in te appareat: anima enim in corporis gestu apparet: & species corporis simulacrum est mentis, figuraque probitatis. [fid.].*

*Soliloq.*

*S. VITVS MARTYR. 15. Iunij.*

**L**iberalius cælum Româ etiam pueris triumphum non negat. Certè VITVS adolescentius duodecim annos natus plures jam tyrannos, eosque inter parentem triumphavit. Flagra enim primò Christianâ fortitudine concoxit, & poterant videri aërem verberasse, non VITVM tortores, nisi & his, & unà Valeriano Proconsuli manus dirigiisset. Restituit tamen hanc martyr tyranno, ne quem vinceret, decesser. Hinc aula ei inclusus à mulierculis, & ceteris illecebris instruxit, quod blandiore, hoc periculoso scilicet catere. Sed prælianti Cælites adfuere tantâ luce coruscî, ut lucem curiosi parentis oculis eriperent. Et hostiam, quod filium sèpius victorem vel invitus videret, ingratu reddidit; ipse, atrociora patre supplicia meditante, Angelo remige usus, in alias terras trajecit. Decreverè nimirum callit Romæ etiam triumpharet hæc virtus. Huc itaque evocatus, è Diocletiani filio malum hospitem orcum pepulit; sed stipendia tulit vincula. Ad bestias deinde damnatus, etiam has citius cicures,

quam

15.Iunij. VITÆ S A N C T O R V M . 295  
quād tyrannum reddidit. In ollas porrō injectus,  
igne ac pice timendas præ thermis suis has Dio-  
clerianō laudavit. Ad extremum ex equuleo à  
genio tutelari ad tipas Silari asportatus , placidè  
inter umbras árboris animam vītricem cælo  
transfusit , puer, si annos ; senex , si triumphos nu-  
meremus. Ex Surio.

Neganda sunt terrena omnia, ut melioribus zo-  
bundemus. & contemptu universorum Christus se-  
quendus est, & spiritualium æternitas terrenorum  
est damno comparanda. S.Hilarius in Evang.

S. LANDELINVS CONF. 15.Iunij.

I N latrones incidisti, quisquis è bonorum soda-  
litio in malorum conturbernum transisti. Hoc  
ad eò LANDELINO crede. Hic è prima Gallorum no-  
bilitate, & à puerō inter literarum & pietatis stu-  
dia educatus, dum aures vocanti D E O claudit, ape-  
rit avocantibus ; dum amicis esse amicus ad aram  
studet, penè ad inferos fuit. Certè quem inter  
religiosorum hominum cohortes militare cognati  
noluerunt , inter publicos prædonum manipulos  
mereri viderunt. I nunc sanguis , & aspergi ma-  
culam generis splendori querere , cùm in Dei  
servitium abeundi tui ; at tu adolescentia audi,  
quantum custodi Angelo debeas ! Diripiendis  
cujusdam ædibūs nox erat dicta à LANDELINO.  
Sed fortior mors LANDELINI familiam prior diri-  
puit, socium subito auferendo , quem in paucis ille  
chatum habebat. Ob id tristiori in somnis bonus  
genius astitit, & malum socium à pejoribus genijs  
ad inferorum flamas abripi monstrans, Heus, aje-  
bat, an & nunc socius huic eris? Enimvero non pla-  
cuit jam Thescum esse , Pirithoo ad orcum ab-

N 4

cunte.